

## AD I. COR. CAP. IX.

*nonne sum liber?* Ne Apostolicum munus quis credat, quia Apostoli & Doctores ministri sunt Ecclesiæ, & ipse servum se fecerat omnibus v. 19. libertati quicquam derogare. Et cum Apostolum se dixit, ne dubium de eo sit, aut saltim ipse inferior censeatur a liis Apostolis, qui Christum in carne viderunt, querit porro: *Nonne Christum vidi?* Quo de legere est Act. IX 5. Cap. XXII. 18. Denique instat querendo: *Nonne opus meum vos estis in Domino?* Quia inde Apostolatum suum confirmare poterat proprio ipsorum testimonio, qui & tanquam Apostolum eum susceperant, & vim Apostolici muneris & doctrinæ ejus experti erant. Quo nomine addit: *Etsi alius non sum Apostolus; Sed tamen vobis sum.* Nam signaculum Apostolatus mei vos estis in Domino. Qvod in virtute præconii, miraculorum, laborum, & periculorum inter ipsos, & conversione ipsorum imprimis effulgebat, quibus ceu sigillis divinis consignarat & corroborarat munus Apostolicum. Non autem hisce se jactat Apostolus è quadam ambitione; sed os obturatum vult illis, qui calumniis officium illius impetebant, ut doctrinæ per Apostolos prædicatae fidem, ac autoritatem derogarent. Theophylactus συνέχειας hanc tradens ita habet: *Quasi dicat:* *Quamvis Christus ipse jubeat, ut is, qui Evangelium prædicaret, de Evangelio, hoc est, ab iis, qui ad fidem instruerentur, sumeret viatum.* Ipse tamen, si optio detur, malim e quidem inedia confici, quam ut videar à vobis quidpiam accepisse, sed mearum manuum opera vita mihi alimoniam comparo. Erant etiam (ut videtur) apud Corinthios præceptores nonnulli, prædivites & opulenti, qui gloria ducent, alios gratis instruere, molirenturque, ut Apostolo ad ignominiam cederet quæsus ex doctrina cibus. Quâ re ipse animadversus cavebat, ne viatum à discipulis sumeret, tametsi esset id ei permisum. Mecum itaque sic agitur, inquit; *Vos tamen nec idolothytis interea abstinetis.* Huc tamen omnis orationis hujusce sensus redigitur: Non sum, inquit, Apostolus? Ne quis forte occurrentis inquit: Propterea nulla sumis à discipulis alimenta, quia tibi ut agas hoc non licet. Unde id infert: *Quid illud? Nonne & Apostoli ceteri viatum à discipulis capiunt?* Etiam inquit. *Quid igitur? Nonne & ipse Apostolus sum, ut illi sunt?* Scilicet. *Nonne liber sum?* hoc est ne-